



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita P. Camilli De Lellis Fvndatoris Religionis Clericorum Regvlarivm Infirmis Ministrantivm

Cicatelli, Sanzio

Antverpiæ

Cap. XIX. Sixtus V. Pont. altero Breui Apostolico ius concedit
Congregationi, ferendi insigne Crucis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37267

CAPVT XIX.

*Sixtus V. Pontifex altero Breui Aposto-
lico ius concedit Congregationi, ferens
insigne Crucis.*

NON solùm Cardinalis Mondouus in illis nostri Ordinis initijs insignem erga Camillum amorem ac beneuolentiam exhibuit, sed alij quoque præclari & illustres viri, ac nominatim Illustrissimus Cardinalis Sans: qui cùm ad Pontificem referret, quid in sancta Congregatione actum esset, eadem opera institutum ad eò laudauit, commendauitque, ac Fundatoris probitatem charitatemque extulit, vt eius videndi & cognoscendi desiderium Pontifici iniecerit. Quod eùm idem Cardinalis per Dominum Cassanum Camillo indicasset, hic confestim ad Pontificem in Vaticanum conscendit: vbi post osculatos ex more pedes, cum verbis sancta simplicitate plenis, illum se esse Camillum, seruum inutilem dixit, quem Dominus Deus indignum assumpsisset ad danda illi Congregationi initia, quam Sanctitas sua nuperrimè confirmasset: prætereaque ad agendas ipsi gratias nunc venisse, atque ad eandem Congregationem ex hac die in om-

ne t
men
se il
atqu
au
toti
se ar
resp
duc
suæ
men
lare
nica
cor
dix
om
gest
libe
uir.
ad
tion
cæ
tuli
& e
per
mâ
sim
foci
Cru
ne

ne tempus, sub alarum sanctæ Sedis velamento submittendam. Respondit Pontifex, se illum & videre & cognoscere perlibenter, atque in omni, quæ se offerret, occasione ipsi auxilium suum & fauorem non defuturum; totius item Congregationis protectionem ad se animo volenti ac perlibenti recipere. Qua responsionis benignitate fretus Camillus fiduciam accepit deprecandi, vt sibi & cunctis suæ Congregationis hominibus, ad discrimen inter ipsos & inter alios Clericos Regulares, liceret crucem ex panno fuluo, tam tunicæ talari, quàm pallio immittere. Benignè consensus Pontifex, & valdè æquum esse dixit, vt quemadmodum instituto ab alijs omnibus differrent, ita habitum quoque gestarent differentem. Vnde & aliquem sibi libellum supplicem super ea re exhiberi curauit. Quem vt accepit, eum idem Pontifex ad eandem sacram Regularium Congregationem considerandum misit. Ibi cum depictam in charta crucis formam Camillus obtulisset, fuit similiter eius postulatio peræqua & expediens iudicata, immò necessaria. Hinc per aliud Breue Apostolicum, datum vigesima sextâ Iunij, anno millesimo quingentesimo octogesimo sexto, facultas Camillo & sociis concessa est Crucem gestandi. Quam Crucem triduo post, hoc est, die sanctis Apo-

84 VITÆ P. CAMILLI DE IELLIS
stolis Petro & Paulo sacra, ipse Camillus ex
deuotione erga eosdem Sanctos, ad dextrum
tam tunicæ quàm pallij latus sibi imposuit,
aliisque item omnibus qui tum in Congre-
gatione erant, ferendam dedit. Ita igitur,
quò faciliùs internosci possent (minimè eru-
bescentes I E S V M Christum confiteri co-
ram hominibus) iuerunt illa ipsa die octi
ex ipsis, in diui Petri, ad quorum primum
conspectum, incredibile dictu est, quanto
populum inceserit admiratio: quoniam ta-
les homines cruce signatos antehac Roma
numquam viderant. Vnde varias varij fe-
ciebant de nouis hominibus coniecturas.
Multi existimabant esse Patres Societatis
I E S V, qui nuperrimè ex India reuertissent
aut certè à sancto Sepulchro redijissent. Po-
stremò cum in diui Petri essent ingressi
ibi Camillus non se ipse solummodò diu-
næ maiestati & illis sanctis Apostolis, sed
etiam totum paruulum gregem suum,
quem Patri cælesti complacitum fuisset
committere, in perpetuum obtulit, dedi-
cauitque.